



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Adam primus peccator. xlviij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

RICVM.  
terrenus  
m quem  
amexi-  
quod do-  
recipiat;  
n occur-  
us enim  
aritatis  
ferrius  
dignita-  
T u com-  
  
M E I  
ex ani-  
ordiam  
  
rum &  
  
condi-  
verè  
es est ad  
imis  
ens al-  
d multa  
r exem-  
na Com-  
nenem,  
qui Do-  
ti sun-  
titati su-  
primatu-  
co. Hu-  
Adam,  
  
est Adam, per cuius delictum mors pertransit in om-  
nes homines: in quo omnes peccaverunt. Reliqui deinde,  
insigniores tamen, & in S. Scriptura notati, ordine se-  
quentur: ut sicut in eis abundasse delictum cognouimus:  
ita & superabundasse Dei gratiam per Iesum Chri-  
stum intelligamus.

LIBER II.

171

Rom. 5.

ADAM PRIMVS PECCATOR.

**A**nto decoratus ADAM regno, cum omnibus ter- CAPUT  
restribus nullo ex merito, sed sola divina benigni- XLVIII.  
tatis gratia pralatus esset, improbum damorem, & pe- Ex Chrys.  
siderum sue salutis inimicum, Domino & Tutore, cui Homil. 17. in  
merito adhaerere debebat, dignorem duxit: eijs magis Genef. &  
quam Creatori suo auscultauit. Postquam ergo dece- Homil. 7. ad  
pius esset, videamus quomodo ipsum tale operantem pop. Antio-  
crimen Deus tractarit. Nunquid ipsum omnino perdi- chenium.  
dit? Et quidem iustitia ratio exigebat tantam benevo-  
lentiam consecutum, mox a primordiis lascivientem de  
medio tolli, & funditus deleri: sed non hoc fecit Deus, nec  
abominatus est, nec cum auersatus qui se tam ingratum  
in beneficorem exhibuit: sed ad ipsum venit, sicut ad  
egrotum medicus. Et noli simpliciter dictum percurrere  
charissime: sed cogita quale est, nec angelū nec archan-  
gelum, nec ullum alium illius seruorum misisse: sed ipsum-  
met Dominum ad collapsum descendisse, & iacentem  
erexitse. Quod enim ex magna fecit hoc charitate, ipsa  
verba que ad ipsum dixit, demonstrant. Principio enim  
ipsum vocare, magna & ineffabilis est misericordie:  
tum ob benignam interrogationem, qua erubescitatem,  
& neque os aperire, neque linguam mouere audentem  
nominabat. Non enim dixit, sicut par erat iniuriam  
passum dicere, O scelerate & scelentissime: sed pror-  
sus è contrario. A prima enim voce ipsum statim erexit.  
& iacen-

& iacentem, & timentem, & trementem confidere fecit,  
prior eum vocans ipse: quinimò non tantum prior vo-  
cans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans & dicens,  
Chrys. Serm.  
de Adā. So.  
do. Achab.  
& p̄nit.  
Adam ubi es? quod legitime amicitia indicū esse ma-  
nifestum est. Inimicē etenim in quospiam dispositi, nu-  
nomina eorum, qui se laſere, tolerant comemorari. No-  
mine itaque vocat occultatum, ut vocationis mansue-  
tudine animetur, & timore mortuus cogitationes reſi-  
cillabundas assumat. Adhuc mihi sermone communi-  
cat? adhuc voce me dignatur? adhuc me ut pater adua-  
cat, & ut praharicatorem non perdit iniudicatum? Quia  
divina Bonitas se in omnia ſecula & populos effundit.

## POPVLVS ISRAEL IDOLOLATRA.

## CAPVT

XLIIX.  
Chryſoft.  
eodem Ser-  
mone.

terem. 3.

**M**Ansuetus est Dominus, & etiam inimicis miſi-  
ricors. Et alicubi prior etiam occurrit, vi conciliat inimicos: & ut ament hi qui impegerant, ſtudet ar-  
tibus quibusdam efficere. Ex multis autem unam hanc  
narrabo. ISRAELITAS electos variis miraculorum  
operationibus ſouebat, & praclaros pre omnibus mon-  
ſtrabat: omnem (ut ita dicam) creaturam propter illos  
alterans, & elementorum mysteria mutans, transiſ-  
ſiens nauigabilia, deſluam oſtendens petram, preparans  
terram in absorptionem, retrocedere faciens Solem ad  
occasum festinante, regulas naturae nouas prescribens:  
eaq; omnia in gloriam ingratii Israelis. Cum verò Idolum  
ſeruire coeparent, peſſime retribuentes Deo, habuit qui-  
dem ad ultionem fulmina, ſed natura ad mititudinem  
vergebat. Abſtinebat quidem ab ultione omnium, ſed  
curabat ut amaretur ab his qui offendebant. Ieremiam  
mediatorem facit. Vade, inquit, & lege sermones illos,  
& dices eis: Conuertere ad me peregrinatio Israel, &  
non irascar vobis in aeternum. Promittit per mediatorem

rem & da  
Tantum.

DAV

David  
ſuſ,  
di:PE C  
abſte abſ-  
micidium  
re, ait, m  
tuam. Et  
rum, dele  
magna i  
Multum  
mundan  
& delici  
caui, & r  
butus, i  
omnia ſu  
projicit,  
magistra  
pi ad te c

A C  
Are  
quam cr  
tur: He  
ſerum:  
buta, i  
comeden  
Achab,  
carnem,